Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Registratura Maximilliani - Cod. Aug. pap. 13

Maximilian <II., Heiliges Römisches Reich, Kaiser>

[Reichenau], 1563-1566

September

urn:nbn:de:bsz:31-84715

Visual Library

Maximilianus etc.

141 Quoniam Ill.mus Princeps amicus noster charissimus, Octauius Dux Parmae et Placentiae sed cras iter Comarium facturus est, petimus abs te clementer, ut eum ad singula quaeque quidem eadem in Arce Comario visu digna erunt, munitionum maxime gnra et eiusmodi alia, inspicienda deducas, aliorumque honoris et hospitalitatis officiorum, quae conferre potes, erga ipsum nullum intermittas, In eo et gratum nobis, et ex nra omnino egeris voluntate. Dat. Posonij. d. 19 Septembris Anno 63.

Ad Nagd Istwano Comarij Locotenenti.

Ut Duci Parmae in Arce Comario visu digna demonstret.

Maximilianus etc.

XXXVII. 142 Et lras tuas XVI Superioris mensis die datas, et schedam ijs insertam, cui XVIII dies eiusdem erat ascriptus, accepimus, ex quibus hoc sane molestum fuit intelligere, quod scribis Ill.mum Syncerè nobis d. Jacobum Basilicum cum Heraclidem Despotam Sami et Pori, ac Moldaviae Vajuodam et te quoque tantis versatos esse, et adhuc premi angustijs. Et quanquam propterea ex Cassovia auxilia nra accersita isthuc multi desideras, nobis tamen hoc tempore novum militem conscribi iubere plane est incommodum, quod et confinia passim nunc suis denudata sunt praesidijs, et tam Regni huius Proceres oes, statusque et ordines, quam maxima et militum hanc in Urbem eique vicina loca Vngarica nra Coronationi adfuturi convenerint, ac proin exigua illa militum manu quae reliqua in confinijs substitit, in ijs nobis summe sit opus. Ad dere tamen ista

F.

nihilominus amplius deliberabimus, quid porro istis euenerit, ex te libenter audituri. Quae tuis nunc quidem respondenda clementer duximus. Datum Posonij 19 Septembris Anno M.D.LXVI.

Ad Martinum Zengothardi.

Suarum litterarum de angustijs ipsius ut despotae, scriptarum recepisse.

Maximilianus &c.

143 Magnifice f. n. d. Ex tris tuis abundè intelleximus te peruetus istud tuum erga nos studium, et obsequendi animum etiamnum constanter nobis conseruare. Quaeque de eodem is, quem ad nos misisti, homo tuus sermone suo copiosè testatus est libentissimè cognouimus. Iucunda aut nobis fuit cumprimis ista propensio, quam declarans, tuam nobis operam et officia, siquidem in aula tenra uti cuperemus, dicandi et exhibendi, et certè eae oes mentis tuae tantopere nobis deditae testificationes tanto nobis gratiores et optatiores nunc obtingere, tantoque ~~clementius~~ à nobis suscipi uel clementius quanto te beneuolentius, uel ob uirtutes tuas egregias cum pristina ista tua tuaeque praeclarae familiae erga Rom. Imperium fidelitate coniunctas iampridem complectimur. Quam sane beneuolentiam, hoc ipso ex officio tuo magnopere adauctam, quo reipsa quoque tibi contestemur nulla nobis planè praeterlabetur opportunitas. De caetero hoc tibi in primis de nobis polliceri tutò potes, nos, ut primores ita nrae constituentur, ut ad nra uel aulica administeria, uel alias quasuis te dignas functiones accersamus, te uno ad illa libentius et benignius excepturos ee planè neminē, quod cum fidei tuae

Singulari

singulari et integritati, tum prudentiae et eximiae
compluribus iampridem indicijs satis agnitae plurimum tribuamus. Nihil denique eorum sumus omissuri, quae de nostra tu benignitate merito expectes.
Posonij 23 Septembr. Anno p 63°.

Ad Comitem Fuluium Raugonem.

Literarum de sua in Aulam Regiam accessione Scriptarum Recepisse.

144. XXXVIII.

Maximilianus etc.

Illustris Princeps, affinis et consanguinee noster charissime, Et literas V. Dilis utrasque et quae eius nobis iussu, is quem ad Nos ipsa misit, Internuncius Georgius Blandratra Doctor à priuatis Dili. Vrae consilijs significauit, singula peramanter accepimus. Negotium itaque, de quo potissimum ad nos delatum est, apud Sac. Rom. Caes. Mtem Dnum et Patrem nostrum obseruandiss. pro V. Dilis suscepta de nobis optima fide et opinione, mutuoque erga ipsam amore nostro, ita Sategimus, ut idem Blandrata eiusmodi ab eius Caes Mte responsum tulerit, quo V. Dilo hoc tempore satis factum sibi abunde esse, haud dubie sit agnitura. Si quid aut porrò vel hac uel alia in re pristinus hic nr erga V. Dilnm amor et beneuolentia prodesse ipsi poterit, nos sanè ut eiusdem V. Dilnis Nos uerè amantem affinem et consanguineum ee ipa sentiat, sedulo efficiemus, Oia eidem V. Dilni felicia animo precantes. Dat. Posonij 24 Septembris Anno p M.D.LXIII°

Ad Joannem Joannis Regis filium. Suarum literarum, Recepisse.

et quae ~~[illegible]~~ praeterea per Georgium Blandratam petijt, S. Reg. Mtem ~~significata voluit~~ apud Imperatorem Sategisse.

145

Maximilianus

Maximilianus XXXIX

Successit tandem feliciter Deo auspice qd futurum V. Dil.o singulari ex amore, et constanti ta animi in nos propensione lris ad nos suis ii. Catn Septemb. Tridento datis nihil se dubitare significauerat, ut Vngariae scilicet Regni insignia et ornamenta paucos post dies ac huc appulissemus bono omine acceperimus, Quapropter primu Deo opt. Max. supplices agimus gras eundemq; votis indefessis precamur, ut ei Regno, cui nos pesse sua destinauit arcana voluntas, pariter et prodesse ut possimus, pnti semper numine nos adiuuet: Deinde istam quoq; Vrae. Dil.nis officij et beneuolentiae plenam congratulationem, non minus beneuolo et grato accepimus, quam est syncero et nri amiuntissimo profecto animo. Et quanq; q V. D.o amoris fortassis et pronae erga nos uoluntatis suae abundantia nobis ominatur, ex propagandis aliqn. amplissime Regni huius finibus accessura, maiora sint multo q; ut ea de ullis nos priuatis uiribus aut uirtute nra, in quibus eadem V. Dil.o tantum ponit, sperare liceat: Deum tamen pijs nris conatibus, in id solum intentis, ut, compressis contusisq; Imanissimi Comunis nri hostis Turcae machinationibus, et consilijs longe crudelissimis, ipsum eiusq; imprimis a Christiana Rep. quam longissime propellamus et arceamus, benigne aspiraturum esse nihil plane diffidimus, siquidem eius diuino honori et gloriae.

riæ petissimum seruiat, quod exiguum adhuc super est ouile gregis sui, in ipsius cultu et ministerijs egendis tutum conseruari. Vrū certe Dil.is candorem istum egregium, quem nostræ felicitatis augmentur tantoperè desiderando p̄clare nobis exprimit ita nos exosculamur, et ad pristinum nrum amorem, quo V. Dil.em iam inde multis a[illegible]onis prosequimur, magnus sane ex illo cumulus accesserit: De arctioris porro ineunde inter nos coniunctionis negotio, q̄ à Serp.mo et Christianissimo Rege suo expectare nobisq̄ dem singula p̄scripturū se esse V. Dil.o significat, libenter admodum accipiemus. De cætero animum nrum V. Dil.i verè amicum ita perpetuo conseruaturi, ut ab se nos haud frustra amatos et cultos esse p̄clarè olim sentiat. Cui V. Dil.i Author ōis boni et uitam et actiones ōes perpetuò fortunet ꝑ Datæ Posonij 26 Septembris. Anno ꝑ M. D. LXIII.o

Ad Card.lem Lotharingam. Maximilianus &c.

lrarū suarū congratulatoriarū de Regni Vngariæ insignia acceptatione scriptarū recepisse. 146

Quod ad nos singulis ferè de rebus, q̄ isthic et aguntur et audiantur tam sedulò perferri per literas tuas hactenus curasti: id nobis planè gratissimum extitit. In ijs enim tuam erga nos obseruantiam, et obsequendi studium indies accumulantius reddi perbenigne ognouimus. Accepimus aut suo ordine lrās eas omnes, quas

per Julium et Augustum menses totos ad nos dedisse, sed redditaeue sint dubitare te scribis 1a Septembris datis. In quibus preterea aliqua nobis non iniucunda de quorundam Italiae Magnatum, eximiorumque aliorum uirorum singulari in nos studio refers, quae quoniam maturiori nonnulla deliberatione indigent, ad ea suo tempore abundantius tibi respondebimus. Quarta denique et octaua huius mensis die, quae ad nos scripsisti, itidem sunt reddita. Quae uero literae caeteris tuis seorsim adiunctae de priuatis quidam tuis continebant negotijs, ut cordi nobis fuisse intelligas breui significabimus. Tu modo si deinceps de ista tua diligentia et fide, in perscribendis ijs, quae porro sic tu nro digna erunt, nihil remiseris, sane et officium erga nos tuum, et nram in te benignitatem plurimum adauxeris. Datae Posonij 26 Septembris Anno M.D.LXIII.

Post scripta.

Redditus est et Jacobi Corbinelli tuis insertus literarum fasciculus, quem per occasionem nobis plegi libenter curabimus. Datum ut in lris

Ad Galeazzum Casanum.

Recepisse. ~~Maximilianus~~

~~Successit tandem foeliciter Deo auspice, quod~~

~~futurum~~

Comendamus.

147.

Maximilianus Commendamus Serp.mo V. Serp.tis filio Regi Christianissimo, amico et consanguineo nro amantissimo fidelem nobis dilectum Galeatium Cusanum hominem probum atq integrum sane diligentissime petimusq ab eius Serp.te, ut pecuniae cuiusdam summae, quamis superioribus annis In Montem Lugdunensem locauerat, cuiusq iam à sexennio nec sortem, nec usurarum quicq consequi potuit, eiusmodi assecuratio designetur. un debitum absq grauiori aliquo dispendio commodè recuperet. Quamobrem Vram quoq Serp.tatem eo nomine beneuole cōpellandum duximus, (id quod his ipsis et maiorem in modum facimus), ut hac in re sua quoq authoritate efficiat, Vt V. Serp.tis intercessione idem Galleazius adiutum se merito gaudeat. Erit hoc V. Serp.tis aequanimitatis proprium, et nobis ita gratum, ut ad synceram illam nri erga V. Serp.tem animi propensionem accumulandam haud parum sit allaturum. Quam eandem V. Serp.tem ut Deus plurimos in annos saluam conseruet ex animo precamur. Posonij 28 Sept. Anno M.D.LXIII.o

Ad Reginam Franciae. Comendatitiae pro Galeatio Cusano. Vt pecuniam, ~~[illegible]~~ in Montē Lugdunē: Locatā consequi posset.

Maximilianus &c.

148.

Maximilianus Perbenignè sanè complectimur Galeatium Cusanū fidelem nostrum dilectum, bonum et frugi hominē, cuisq opera et fide nris in rebus diu iam utimur. Quamobrem res et fortunas eius commendatas cum=

primis habemus. Is multis ab hinc annis familiari re
suae tutius consuliturus Lugduni in Ser.tis Vrae Monte
(quem uocant) quinque millia Coronatorum deposuit, ut
reditus ex ijs certos et consuetos ad morem caeterorum
reciperet: Accidit autem ut sumptu bellico superio
ribus annis Serenissimus Rex Henricus V. S.tis parens
foeliciss. me. nonnihil aggrauatus eiusdem montis
fructus ita attenuerit, ut ex eo ab anno M. D. LVII.
in hunc usque diem, nec fructuum neque sortis quicque
sit creditoribus Romae praesertim commorantibus solutum,
inter quos idem Galeazzus, non leuem hinc substan
tiae suae iacturam passus est. Et si igitur is sub
spe, tam liquida praesertim debita haud grauate cons
quendi, hucusque aliunde sibi opem petere consulto
substitisset, impulit tamen grauis tandem illum pecu
nia praesertim sua tum magno rerum suarum dispendio
carendi necessitas, ut nostra se commendatione hac in re
apud Ser.tem V. benigne iuuari supplex oraret. Quod
cum nos ex solita illa in ipsum clementia nra cum
primis cupiamus, equidem ab eadem V. Ser.tis peramen
ter et sedulo petimus, ut suo pro mutuo, quam erga nos
ipsa gerit, amore et beneuolentia, et in aequa praesertim
petentes lenitate, hoc illi dicto sz. Galeatio tribuat
ut eiusmodi saltem ipsi assecuratio constituatur ex
qua is tam sortem quam interesse, quod plus minus
tribus millibus Coronatorum excreuit, tuto possit
conquirere. Quod si V. Ser.tas a se impetrari, adeoque
nram intercessionem aliquid apud se ponderis habuisse
isse declarauerit, Eadem et hominem longe
obsequentissimum sibi deuinciet, et nos item in
quibusuis eiusmodi officijs gratos atque memores om

nino

mino experietur. De cætero pristinum nostrum ueri, candidique et amici et consanguinei animum, quem iampridem erga V. Serp.tem suscepimus in perpetuum conseruantes, eidem Vrae Serp.ti omnia fausta et fortunata à Deo cedere peroptamus. Dat. Posonij 28 Sept. Anno 63.

Ad Regem Franciae ~~de eadem causa~~

p Galeatio Cuçana Comendatitiae.

Vt ipsi assecuratio de sorte et interesse in montem Lugdunen: applicato, fiat assecuratio.